

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7840

**Auteur(s) :** Guillaume Belet, bourgeois de Caen [autre]

**Bénéficiaire(s) :** Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1250

**Action juridique :** échange

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume Belet, bourgeois de Caen, se libère par la cession de deux pièces de terre à Colomby, de la redevance de quarante sous dont il était tenu envers l'abbaye de la Trappe pour sa maison de Caen sur le marché.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, E. « De Cadumo et Normannia », n° XXVII (« Carta Guillelmi Belet de Cadumo »), p. 169-170.

Texte établi d'après a

Universis presentem cartam inspecturis, Guillelmus Belet, burgensis Cadomi, salutem in Domino. Noveritis quod, cum ego et heredes mei post me teneremur monachis Domus Dei de Trappa annuatim reddere XL solidos annui redditus et perpetui super domo mea de mercato, quem redditum eisdem vendiderat dominus Eustachius de Agerneio, miles, cui eundem redditum reddere tenebamur priusquam illum vendidisset, ego, predictus Guillelmus, predictis monachis, de consensu et voluntate ipsorum, dedi et penitus quittavi, pro excambio predicti redditus, duas petias terre, quarum unam tenebant de me heredes Ade Boler pro undecim quarteriis frumenti in mense septembris et duobus caponibus et uno pane unius denarii in Natali Domini et XXXta ovis annuatim in Pascha reddendis ; que petia terre sita est apud Columbeium inter terram Henrici de Logis et terram Thome Silvestris. Aliam autem petiam terre tenebat de me Guillelmus Johannis pro tribus sextariis frumenti in dicto mense et uno capone in Natali reddendis annuatim ; et est sita dicta petia terre apud Columbeium ad Magnas Terras, inter terram Henrici Le Botellier et terram filii Sarle. Et dessaisivi me de predicto reddito quem habebam in dictis duabus petiis terre et de omni jure et dominio que habebam et habere poteram in eisdem, et saisivi de eisdem scilicet reddito, jure et dominio et proprietate manualiter procuratorem dictorum monachorum nomine eorumdem, omnia que habebam in predictis et habere poteram quoquo modo, in dictos monachos transferendo, nichil michi et heredibus meis retinens in prefatis. Et ego et heredes mei tenemur garantizare omnia supradicta predictis monachis, defendere et ab omnibus rebus penitus liberare. Et si ob defectum garantizandi, defendendi et, prout dictum est, liberandi, dicti monachi aliqua dampna sustinuerint, vel sumptus et expensas aliquo modo aliquando fecerint, tenemur ea sepredictis monachis resarcire et satisfacere de eisdem. Predictus autem redditus predictorum XLta solidorum super predicta domo mea Cadomi, cum omni jure quod nunc habent ibidem, ad ipsos penitus revertetur si aliquando defecerimus a predictis. Et, ut hoc firmum maneat et stabile, etc. Actum anno gracie M° CC° quinquagesimo.